stis eum? Dicunt ei. Domine: ueni et ui-
de. Et lacrimatus est ihesus. Dixerunt ergo
iudei. Ecce quomodo amabat eum. Qui-
dam autem ex ipsis dixerunt. Non pote-
rat hic qui aperuit oculos ceci nati fa-
cere ut et hic non moreretur? Ihesus ergo rur-
sum fremens in semetipso: uenit ad
monumentum. Erat spelunca: et lapis
suppositus erat ei. Ait ihesus. Tollite
lapidem. Dicit ei martha: soror eius
qui mortuus fuerat. Domine: iam fetet.
quatriduanus enim est. Dicit ei ihesus.
Nonne dixi tibi quoniam si credidis uide-
bis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem.
Ihesus autem eleuatis sursum oculis dixit.
Pater. gratias ago tibi: quoniam audisti me.
Ego autem sciebam quia semper me audis:
sed propter populum qui circumstat dixi.
ut credant quia tu me misisti. Hec cum
dixisset: uoce magna clamauit. Laza-

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Varia D, nr. 3360/8/2, fol. [4]v – Lectionary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0ekj/5506/52006)